



# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac ex probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniæ Agrippinæ, 1707**

Q. 26. An satisfaciat, qui solvit creditori creditoris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42561**

*Q. 26. An satisfaciat, qui restituit creditoricreditoris. R: Resolvetur postea n. 453. & 454.*

*Q. 27. Quid notandum sit circa bona vacantia. 104*

R. Bona vacantia dicuntur, quæ relicta sunt à defuncto, qui nec hæredes habuit nequidem intra decimum gradum, nec de bonis illis disposuit; & hæc jure naturæ sunt primò occupantis, quia sunt derelicta; sed per L. 1. 4. & 5. Cod. *De bonis vacantibus*, devolvuntur ad fiscum; & quidem ad sæcularem, si defunctus fuit laicus; ad Ecclesiasticum, si fuit clericus, *Laym. I. 3. t. 5. c. 6. n. 4. Busenb.* referendus n. 1153. Attamen *Amicus de Just. d. 16. n. 6.* non putat possessorem ante Judicis sententiam teneri hæc bona fisco tradere, nam in eadem lege dicitur intra certum tempus posse præscribere contra fiscum, ergo supponitur posse retinere bonâ fide, cùm malâ fide nunquam præscribatur. Disponit etiam Auth. *Omnes peregrini Cod: Communia de successionibus*, ut bona peregrinorum decedentium sine testamento occupari non possint ab eorum hospitibus, sed Episcopus ea tradat hæredibus ab intestato, aut eroget in piis causas, ita ut si hospes sibi inde aliquid sumpserit, triplum restituat applicandum pro arbitrio Episcopi. Sed *Taberna p. 2. t. 2. c. 5. §. 2.* loquens de ista lege ait, *vel est usu contrario abrogata; vel, ut vult Mol:*, est limitata ad eos, qui intestati decedunt in hospitalibus, Episcopo subjectis, *vel, ut Gudelinus, ad res parvi momenti, quas peregrinus apud se habuerit: verum spectandæ sunt consuetudines locorum.*

*Q. 28. Quid circathesauros, venas metallorum 105 & similes rès occultas, si inveniantur. R. seq.*

*§. 1. Thesaurus est res mobilis, quæ fuit alicuius*

*jus*